

G bus quærendis sapientes ætatem exigerent cõsum-
masse: eum ait voluisse primariũ bellatorem esse,
optimum oratorem, fortissimum imperatorem, au-
spicio suo maximas res geri, maximo honore uti,
summa sapientia esse, summum senatorem haberi,
pecuniam magnam bono modo inuenire, multos li-
beros relinquere. & clarissimum in ciuitate esse. Pli-
nius lib. vij. ca. xliij. k Neque enim vel ipsum.)
Locus mēdofus, & qui varie legitur alibi pro vero,
verum, vt referatur ad numen, alibi, quod nõ etiam
si fugisset, effugisset, q. nõ effugisset numen, etiam
si fugisset Metellus.

De afflictione belli Punico secũdi qua vires
vtriusq; partis consumptæ sunt. Ca. XIX.



Secundo autem bello Punico nimis
lõgum est cõmemorare clades duo-
rum populorũ, tam longe secum la-
teq; pugnantium, ita vt his quoq; fatentibus^a
qui non tam narrare bella Romana quàm ro-
manum imperium laudare instituerunt, simi-
lior victo fuerit ille qui vicit. Hãnibale quip-
pe ab Hispania surgente, & Pyreneis monti-
bus superatis, Gallia transcurfa, alpiibusq; di-
ruptis, tam lõgo circumitu auctis viribus, cũ-
sta vastando, aut subigendo, torrentis modo
Italix faucibus irruẽte, quàm cruenta bella ge-
sta sunt, quàm multa prælia: quoties Ro. su-
perati, quàm multa ad hostem oppida defece-
runt, quàm multa capta & oppressa, quàm di-
ræ pugnx, & toties Hannibali Ro. clade glo-
riose? Sed hæc hæctenus. De Cannesi^b autẽ
mirabiliter horrendo malo quid dicã, vbi Hã-
nibal cum esset crudelissimus, tamen tâta ini-
micorum atrocissimorum cædesatiatus, parci
iussisse perhibetur? Vnde tres modios^c annu-
lorum aureorum Carthaginem misit: quo in-
telligerent tantam in illo prælio dignitatem
cecidisse romanã, vt facilius eam caperet mē-
sura quàm numerus: atq; hinc strages turbæ
cæteræ, tanto vtiq; numerosioris, quãto infir-
mioris quæ sine annulis iacebat conijciẽda po-
tius q̃ nuncianda putaretur. Deniq; tanta mi-
litũ inopia secuta est, vt Ro. reos facinorum^e
proposita impunitate colligerent, seruitia^f li-
bertate donarent, atq; ex illis pudendis*, non
tã suppleretur q̃ institueretur exercitus. Ser-
uis itaq; immo ne faciamus iniuriam, iam li-
bertis, pro rom. rep. pugnaturis arma defue-
runt. Detracta sunt templis, tanquã romani
dijs suis dicerent: Ponite quæ tandem inutili-
ter* habuistis, si forte aliquid vile inde facere
possint nostra mancipia, vnde vos nostra nu-
mina nihil facere potuistis. Tunc etiã stipen-
dijs sufficiẽdis cum defecisset ærariũ, in vsus
publicos opes venere priuatæ, adeo vno quo-
que, id quod habuit conferẽte, vt præter singu-
los annulos aureos, singulasq; bullas misera-
bilis dignitatis insignia, nihil sibi auri senatus
ipse, quanto magis cæteri ordines tribusq; re-
linquerent. Quis ferret istos si nostris tepori-

*al. pu-
dendus.
& mox.
istrueret

*al. ina-
niter.

bus ad hanc inopiam cogerẽtur, cum eos mo-
do vix feramus, quando pro superflua volu-
ptate plura donatur histrionibus, q̃ tũc legio-
nibus pro extrema salute collata sunt?

V T ijs quoq; fatẽtib. Linius in proœmio ter-
tiæ Decadis, & Silius Ital. lib. j. Propiusque
fuere periclo, Queis superare datũ. Qui duo
scriptores, ille oratione soluta, hic numeris astric-
ta bellum hoc Punicum, multis libris persecuti sunt:
alij quoq; permulti, idcirco historix narradæ super-
sedebõ. b De Cannensi. Ad Cannas Hannibal

Cãnenfis
clades.

nobili clade Roma. affecit, tertio anno belli Punico,
L. Emilio Paulo, & P. Terẽtio Varrone Coss. Li-
uius lib. xij. Cãnæ, vt Sabellicus in annotationibus
sentit, non est Cannusũ oppidum, sed vicus in Apu-
lia prope Aufidum amnem, qui nũc vulgari sermo-
ne Cannellæ nominantur. c Parci iussisse perhi-
betur. An hic Augustinus vocẽ illã subsignificat
Hãnibalis, qua Maharbali præfecto equitum sua-
denti vt militem à pugna recentem & cruentum ad-
huc Romam duceret, respondisse fertur, præcedant
hostes, læta res est, nos postea sequemur. nam Han-
nibalem in ipso prælio, vel post prælium confectum
militibus Ro. qui aderant pepercisse nondum legi. L

nisi sit illud, quod Linius quoq; narrat, post Cannẽ-
sem pugnam, quod nunquã aliàs cõtigerit, vocatos
esse ab Hãnibale Romanos quos miti satis sermo-
ne sit allocutus: Non internicione ciuium sibi esse
cum Ro. bellum, de dignitate atq; imperio certare,
itaq; redimendi se captiuos copia facere, precũ fore
in capita equiti quingenos quadrigatos numos, tri-
cenos pediti, seruo centũ. d Vnde tres modios.)
Alij huic mensuræ dimidium addunt modium, alij
vnicum dicunt fuisse modium, & hanc famam ve-
riorem esse affirmat Linius. Annulus insigne erat
equestris ordinis, quo à plebe distinguebatur, vt bæ-
tur tamen eo senatus & nobilitas. Pli. li. xxxij. pro-
miscuum eius vsum fuisse bello secũdo Punico scri-
bit: nam alioqui, inquit, nõ potuissent trimodia illa
annulorum Carthaginẽ ab Hannibale mitti. Porrõ
modius cuius modũ sit mensura, declarat Budæus in
asse suo: vbi alia mensurarum genera, res est longa,
illinc petat, q̃ desiderat. e Vt Ro. reos facinorũ

Orosius li. iij. hoc à Iunio Bubulco dictatore factũ
dicit, ad exẽplum Romuli qui scelestis & facinoro-
sis hominibus Asylum aperuit. Linius idem li. xxij.
M. inquit, Linius descẽdit equo, dixitq; qui capitalẽ
fraudẽ ausi, quiq; pecuniæ iudicati in viciulis essent,
qui eorũ apud se milites fierent, eos noxa pecuniæq;
se exolui iussurum. f Seruitia. O cõto milia serui
donati sunt libertate, & militauerunt Volones nomi-
nati, quõd cum singuli rogarentur, velle se militare
responderũt. Linius. g Quãm institueretur exer-
citus. O cõto milia enim erãt seruorũ, & ex sex mila-
lia facinorosorũ, quæ armauit spolijs Gallicis triu-
pho C. Flamini trãslatis. h Immo ne faciam.)
Tamesti nõ fuerunt liberi, anteq; Hannonem ad Be-
neuenti vicerunt, donatiq; sunt libertate à T. Grac-
cho Imperatore, sub quo fortem in militia operam
nauarãt. i Tribusq;. Hoc verbũ, an sit additũ ab
aliquo, nescio. certe senatores ipsi erãt ex tribubus,
quas primũ ex tota sua multitudine Romulus tres
fecit: procedente deinde tẽpore auctæ, ad quinq; &
triginta peruenerunt. Senatores, equites, & plebẽ
in has erãt diuisi. neq; erat quisq; cuius Ro. qui nõ ef-
set alicuius tribus. Cicero Antoniana sexta ad Po-
Ro. Num quis nam est vestrum, qui tribum nõ ha-
bet? atqui certe nemo. Illi quinq; & triginta tribus
patronum adoptarunt. Quid ergo sibi vult cæteri
ordines tribusq;, quasi ita essent distinctæ tribus à
senatu, vt reliqui ordines, equester & plebẽus: an
fortasse

M
Volon-
nes.

Tribus.